Hrenoriz , P. in D. Šenoshizh, part. Adelsberg.	a. 1318 (δ)	80
Hyperlabacum , (Verhnika, Überlaibach,) P. ex P. S. Petri Lab. in D. Hyperlabac.	a. 1408 (ε)	72
S. Jacobi ad Savum , C. l. ex P. Manns- burg. in D. Labac. extra muros part. Lithopol.	1788	21

- α) Quo anno donata est Monasterio Victoriensi in Carinthia a Patriarcha Peregrino, et Volricus Sacerdos ibidem exstitit.
- β) Antiquae originis. Anno 1445 Nicolaus Seldenhof plebanus occurrit; a. 1509 Capitulo Coll. Neostad. ab Imp. Maximiliano I. donata est.
- γ) Quo anno beneficium e loco Schönbrunn jam a. 1653 existens translatum est ad ecclesiam S. Margaritae in Horjul.
- δ) Antiquae originis. Joannes Episcopus Petenensis anno 1553 hac Parochia remuneratus fuit.
- ε) Antiquae originis. Anno 1408 Mathias Vicarius invenitur. Pro Eccl. S. Pauli antiquiori aedificanda Episcopus Thomas Khrön a. 1628 primarium lapidem posuit; nova Ecclesia stylo byzantino a. 1852 extracta et consecrata est. In vicinia Monasterium Carthusianum Vallis jocosae (Greudenthal) exstitit a. 1260 ab Ulrico III. Carinthiae Duce fundatum et a. 1782 sublatum.

Locus beneficii.

	Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
<i>Janzhberg, (Janzhe) C. l. ex V. Presh-</i> <i>gain, in D. Litaj.</i>	1787	49
<i>Jauchen, (Ihan) P. ex P. Moraeuzh, in</i> <i>D. Egg penes Podpezh.</i>	a. 1435 (α)	41
<i>Javor, C. l. ex P. S. Petri Labac. et ex</i> <i>V. Preshgain, in D. Labac. extra muros.</i>	1787	47
<i>Javorje, C. l. ex P. S. Martini prope</i> <i>Litaj, in D. Litaj partim Sittic.</i>	1789	50
<i>Jeshza, P. ex P. S. Petri Labac. in D.</i> <i>Labac. extra muros.</i>	1787	20
<i>S. Joannis in Valle, V. ex P. S. Ruperti,</i> <i>in D. Weixelstein.</i>	1752	52
<i>S. Jodoci supra Billichgraz, V. ex P.</i> <i>Billichgraz, in D. Hyperlabac.</i>	1681	74
<i>S. Jodoci in Monte, C. et eccl. fil. P. S.</i> <i>Martini p. Krainburg, in D. Krainburg.</i>	c.	1600
<i>Idria inf., (Per Fari) P. ex P. montis S.</i> <i>Viti Archi-Dioec. Goritiensis, in D. Idria.</i>	a. 1500 (β)	76
<i>Idria, P. ex P. Idria infer. in D. Idria.</i>	1522 (γ)	75
<i>Ig, P. ex P. S. Petri Labac. in D. Labac.</i> <i>extra muros.</i>	a. 1368 (δ)	44

α) Anno 1593 Joannes Lampertitsch Vicarius ibidem.

β) Circa a. 1580 ex Capellania facta est parochia.

γ) Eodem anno 1522 Bartholomaeus Singer Capellanus ad ecclesiam SSmae. Trinitatis institutus est. Capellania a. 1752 parochia facta est. Episcopus Thomas Khrön posuit Idriae anno 1628 primarium lapidem pro ecclesia S. Barbarae aedificanda, et biduo ibi confirmavit plus quam 2000, eoque ab hominum memoria Idriae Episcopus non fuerit visus. Haec parochia et altera in Idria inf. unacum ecclesiis ab ea tunc dependentibus S. Josephi in Vojsko et S. Magdalene in monte anno 1792 a Dioccesi Gradiscana sive Goritiensi avulsae et Labacensi aggregatae sunt.

δ) Antiquae originis. Anno 1566 Nicolaus Merenditsch Vicarius ibidem.

Locus beneficij.

Annus erectio- nis bene- ficij.	Pagin.
--	--------

Kaltenfeld, (Študeno) P. ex P. Hrenoviz, in D. Planina partim Adelsberg . . .	a. 1703(α)	79
Kanker, (Kokra) C. l. ex P. Höflein, in D. Krainburg.	1787	30
Karner-Vellach, (Koroshtka Bela) C. l. ex P. Aßling, in D. Kronau.	1689 (β)	34
Kaier, (Kovor) P. in D. Neumarktl.	a. 1323 (γ)	29
Kerfhstetten, (Zhefhnize) C. l. ex P. Kraxen, in D. Egg penes Podpezh.	1787	43
Kolovrat, P. ex P. Vazh, in D. Litaj.	1753 (δ)	41
Kopain, (Kopajne) C. l. ex P. Samaria, in D. Grofs-Lashizh partim Sittie.	1787	46
Koprivnik, C. l. ex P. Mitterd. Boh. in D. Radmannsdorf.	1791	35
Koshana, P. in D. Adelsberg.	(ε)	83
Koshza, C. et eccl. fil. P. S. Georgii pen. Scharfenberg, in D. Litaj.	1837	50
Kostel, vide Fara penes Kostel.	—	66
Krainburg, (Krajn) P. in D. Krainburg.	(ζ)	25
Kraxen, (Krafhna) P. ex P. Aich, in D. Egg penes Podpezh.	a. 1565 (η)	41
Kresniz, (Kresniza) V. ex P. S. Martini prope Litaj, in D. Litaj.	1738	49

α) Anno 1840 ex Capellania Parochia facta.

β) Anno 1789 Capellania localis facta.

γ) Anno 1400 Monasterio Landstrass incorporata a Bonifacio Papa IX.

δ) Anno 1784 ex Vicariatu Parochia facta.

ε) Antiquissimae originis. Anno 1247 ab Udalrico Episcopo Tergestino capitulo cathed. incorporata. Joannes Vicarius anno 1300 legitur. Anno 1464 patronatus Pio Papa II. approbante transiit ad comites de Walsee et anno 1492 ad Imp. Fridericum III.

ζ) Antiquissimae originis; anno 1226 Petrus plebanus ibidem legitur, anno 1355 a patriarcha Nicolao, Alberto Archiduci, et anno 1507 a Maximiliano I. Imp. Rom. Episcopo Labacensi donata. Ecclesia gothicò Stylo exstructa anno 1491.

η) Quo anno Joannes Markovitsch Vicarius occurrit.

Locus beneficij.

		Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
Kronau, (Krajska Gora) P. ex P. Radmannsdorf, in D. Kronau.	a. 1421 (α)	31	
Krop, (Kropa) P. ex P. Radmannsdorf, in D. Radmannsdorf.	1601 (β)	33	
Kurefhek, eccl. fil. B. M. V. Nativ. P. Ig, in D. Labac. extra muros.	—	44	
Laas, (Loshe) vide Altenmarkt p. Laas.	—	78	
Labacum, (Ljubljana) S. Jac. P. ex P. S. Nicolai, in D. Labac. intra muros.	γ)	1785	16
Labacum, B. M. V. Ann. Ecclesia conventionalis P. P. Franciscanorum et P. in suburbio, ex P. S. Nicol., S. Petri et S. Viti, in D. Labae. intra et extra muros.	1785	(δ)	17
Labacum, B. M. V. Ordinis teutonici, C. in D. Labac. intra muros.	1268		18

- α) Patronatus demortuis comitibus Ortenburgicis post annum 1421 ad domum austriacam transiit.
- β) Eodem anno ab Episcopo Thoma Khrön erecta.
- γ) Ecclesia S. Jacobi anno 1494 P. P. Augustinianis et anno 1597 Societati Jesu tradita. Pro nova ecclesia aedificanda Episcopus Thomas Khrön primarium lapidem posuit 1. Maii 1613; ecclesiam autem cum altari majori consecravit 15. Novembris 1615, reliqua altaria a latere Evangelii 25. Martii 1625, et a latere Epistolae 3. Junii 1625. Capella S. Francisci Xav. munificentia Statuum Ducatus Carnioliae anno 1669 exstructa; altare anno 1709 consecratum est. Sublata Societate Jesu Capellania ibi instituta anno 1774 et in parochiam evecta anno 1785.
- δ) Ecclesia S. Martini in eodem loco existens jam ante annum 1320 P. P. Augustinianis tradita, per Turcarum invasiones a. 1494 diruta est. Anno 1623 pro iisdem Religiosis reversis nova ecclesia B. M. V. exstructa et a. 1628 ab Episcopo Thoma Khrön consecrata; verum a. 1631 per incendium devastata, a Conrado L. B. de Ruessenstein restaurata et die 28. Martii 1700 ab Episcopo Sigismundo Comite ab Herberstein consecrata est, una cum Capella B. M. V. Lauretanæ. Sublatis anno 1785 P. P. Augustinianis ecclesia P. P. Franciscanis tradita, ibique parochia saecularis simul erecta est, quae tamen a. 1804 etiam ad P. P. Franciscanos transiit.

Locus beneficij.

		Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
<i>Labacum, S. Joannis Bapt., P. in subur- bio, vide Tirnau.</i>		—	17
<i>Labacum, S. Nicolai, P. eccl. cathedr. in D. Labac. intra muros</i>	a. 1262 (α)	16	
<i>Labacum, Ss. Trinitatis, Ecclesia Monia- lium S. Ursulae, C. in D. Labac. intra muros.</i>	1715	18	
<i>Labacum, S. Petri, P. in suburbio, in D. Labac. intra et extra muros.</i>	β)	17	
<i>Labacum, C. in Capella S. Crucis, No- socomii civilis, fundata.</i>	1855	17	

- α) Perantiquae originis. Etenim jam anno 745 ecclesia parva exstisset scribitur S. Nicolao dicata, quae successu temporis saepius destructa, denuo restaurata et amplificata est, et licet filialis censeretur ecclesiae S. Petri, jam anno 1262 Marquardum Vicarium habuit. Haec ecclesia anno 1355 a Nicolao Patriarcha Aquilejensi Archiduci Alberto donata, anno 1361 in festo S. Joannis Baptistae et iterum die 27. Junii 1386 igne combusta, anno 1462 ad cathedralis ecclesiae dignitatem a Pio Papa II. erecta, anno 1469 a Turcis devastata, postea iterum restaurata, variisque temporibus dilatata eversioni tamen proxima anno 1701 plane dirui debuerat, quo dein anno et sequenti praesens ecclesia insignis aedificata, posterius depicta et turrium una anno 1705, altera anno 1706 confecta, die 8. Maii 1707 solemniter consecrata fuit, quin Cuppula deficientibus tunc viribus perfici potuisse, quae tamen, ne basilica diutius hoc caret decore, subsidiis benefactorum templo huic anno 1841 superposita, annoque sequenti depicta fuit.
- β) Vix non antiquissima totius Dioecesis. Anno 1248 Magister Ludovicus plebanus ibidem legitur, archidiaconus simul Carnioliae et Marchiae. Anno 1355 a Nicolao patriarcha Alberto Archiduci donata, anno 1444 Monasterio ord. Cisterciensis in Wiener-Neustadt a Friderico III. Imp. tradita, anno autem 1461 mensae episcopali Labacensi assignata, posteriori anno a Pio Papa II. segregata a dicto monasterio, et mensae episcopali unita erga Parochiam Mannsburgensem eidem Monasterio donatam. Ecclesia a. 1385 nova aedificata, anno 1472 a Turcis combusta, sed restaurata. Hodierna anno 1726 aedificata et anno 1728 consecrata,

Locus beneficij.

		Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
<i>Lahovizh, (Lahovzhe) eccl. fil. S. Floriani, P. Zirklach, in D. Lithopol.</i>		—	26
<i>S. Lamberti, V. ex P. Vazh, in D. Litaj.</i>		1752	42
<i>Landstrass, (Kostanjevica) P. in D. Landstr.</i>	a. 1220 (α)	57	
<i>Laserbach, (Loshki Potok) V. ex P. Oblak, in D. Reifniz.</i>		1666	71
<i>Lashizh, (Lashzhe) V. ex P. Gutenfeld, in D. Grofs-Lashizh.</i>	a.	1662	70
<i>Laufen, (Ljubno) P. ex P. Birkendorf, in D. Radmannsdorf.</i>	β)	1737	33
<i>S. Laurentii ad Temeniz, V. ex P. Treffin., et S. Viti p. Sittie, in D. Treffin. part. Sittie.</i>		1768	53
<i>Ledine, C. et eccl. fil. P. Sairach, in D. Idria.</i>		1796	77
<i>Lees, (Lefze) P. ex P. Radmannsdorf, in D. Radmannsdorf.</i>	γ)	1787	34
<i>Lengenfeld, (Doje) P. ex P. Radmannsdorf, in D. Kronau.</i>		1491	33
<i>S. Leonardi, C. l. ex P. Selzach, in D. Locop.</i>		1790	25
<i>Leshah, (Lefhe) V. ex P. Radmannsdorf, in D. Radmannsdorf.</i>		1768	34
<i>Lipoglov, V. ex P. S. Petri Lab., in D. Labac. extra muros.</i>	a.	1736	45
<i>Lithopolis, (Stein, Kamnik) P. in D. Lithopol.</i>	a. 1207 (δ)	35	
<i>Lithopolis, S. Jacobi Ap., Ecclesia conventualis P. P. Franciscanorum, in D. Lithopol.</i>		1493	95

α) Antiquae originis. Anno 1220 Adalbertus plebanus occurrit; anno 1248 donata est monasterio B. M. V. ord. Cisterc. ibidem fundato a Bernardo Carinthiae duce et anno 1400 a Bonifacio Papa IX. incorporata.

β) Ex beneficio curato parochia facta anno 1786.

γ) Beneficium ibidem jam ante 1601 exstitit.

δ) Antiquissimae originis. Anno 1207 Ulricus plebanus ibidem legitur; ab Imp. Ferdinando II. anno 1628 jus praesentandi ad hanc parochiam, tunc Dioecesi Aquilejensi aggregatam, Thomae Khrön Episcopo Labacensi cessum est.

Locus beneficij.

	Annus erectio- nis bene- ficii.	P a g i n .
<i>Locopolis, (Loc, Loka) P. ex P. Locopoli vet., in D. Locopol.</i>	a. 1562 (α)	22
<i>Locopolis, B. M. V., Ecclesia Monialium S. Ursulae, C. in D. Locopol.</i>	a.	1381 22
<i>Locopolis, S. Annae, Ecclesia conventua- lis P. P. Capucinorum, in D. Locopol.</i>	1704	97
<i>Locopolis vet., (Altlauf, Staro Loka) P. in D. Locopol.</i>	β)	22
<i>Lojzh, (Logatiz) V. ex P. Hyperlabac. in D. Planina.</i>	1689	73
<i>Lom, eccl. fil. S. Catharinae P. Neumarktl, in D. Neumarktl.</i>	γ)	27
<i>Losize, Benef. cur. et eccl. fil. V. S. Viti pen. Vippac., in D. Vippac.</i>	1771	85
<i>Lustthal, (Dol) P. ex P. Mannsburg, in D. Egg pen. Podpezh, partim Labac. extra muros.</i>	a.	1628 41
<i>Luzhne, C. l. ex P. Pöland, in D. Locopol.</i>	1788	25
<i>Madipedium sup., (Obernassenfuß, Tre- belno) P. in D. Nassenfuß, partim Neostad.</i>	a. 1248 (δ)	51
<i>Madipedium inf., (Unternassenfuß, Mokro- nog) P. ex P. S. Ruperti, in D. Nassenfuß.</i>	a. 1509 (ε)	52

- α) Quo anno Ambrosius Haumann Vicarius ibidem fuit. Ecclesia gothico stylo exstructa anno 1532, a vicariali ad parochialem erecta anno 1804.
- β) Antiquissimae originis. Jam anno 1074 Sigehar Patriarcha Ellenoardo Episcopo Frisingensi patronatum ecclesiae Locopolitanæ confirmavit, quae anno 1350 a Clemente Papa VI. ecclesiae cathedr. B. M. V. Frisingae incorporata est. Anno 1262 Godfredus Vicarius ibidem noscitur.
- γ) Sublata anno 1809 Capellania locali ibidem existente ab anno 1834 iterum gaudet curato prov.
- δ) Antiquae originis. Anno 1248 Otto plebanus occurrit. A Bonifacio Papa IX. anno 1393 monasterio B. M. V. penes Landstrass incorporata, anno 1803 ab ecclesia S. Petri ad ecclesiam S. Crucis in Trebelno translata est. Vide P. S. Bartholomaei.
- ε) Quo anno jam ecclesia vicarialis erat, anno 1649 ex Vicariatu Parochia facta.

Locus beneficij.

	Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
S. Magdalenae in Monte (Bhudenberg,) C. l. ex P. Idria inf., in D. Idria.	1724 (α)	77
Maihau, (Mehovo) C. l. ex P. Stopizh, in D. Neostad.	1790 (β)	62 36
Mannsburg, (Mengish) P. in D. Lithopol.		
S. Margaritae penes Klingenfels, P. ex P. Weifskirchen in D. Nassenfuss, partim Neostad.	a. 1454 (γ)	60
P. M. V. in Campis, (Mariinfeld, Per De- vizi Marii v Polji) P. ex P. S. Petri Labac., in D. Labac. extra muros.	1783	19
B. M. V. in Valle, (Mariathal, Dole) V. ex P. S. Ruperti, in D. Nassenfuss, partim Litaj, partim Treffin.		1652 53
S. Martini penes Kahlenberg, P. ex P. S. Petri Labaci, in D. Labac. extra muros.	a. 1562 (δ)	20
S. Martini penes Krainburg, P. in D. Krainb.	a. 1286 (ε)	27

α) Anno 1819 ex Expositura Capellania loc. facta.

β) Antiquissimae originis. Anno 1238 Veriandus de Stein plebanus ibidem exstitit, anno 1355 a patriarcha Nicolao Archiduci Alberto, anno autem 1462 ab Imperatore Friderico III. unacum ecclesiis vicariis Lustthal, Sagor, Vazh et Zhemphenik monasterio SS. Trinitatis ord. Cisterciensis in Wiener-Neustadt, erga Parochiam S. Petri Labaci mensae episcopali incorporandam donata, et a Pio Papa II. incorporata, postea anno 1668 a monasterio Sitticiensi ejusdem ordinis acquisita, et denique debitorum causa, vigore contractus ddo. Labaci 12. Octob. 1733, quem Commisarii aulici Labaci 12. Maii 1735 approbaverant, vendita D. Josepho Shiffer, parocho in Laa in Austria, Canonicatum in ecclesia cathedrali Labacensi fundaturo.

γ) Eodem anno unacum Matrice Monasterio Sitticiensi donata, et a Nicolao Papa V. incorporata.

δ) Quo anno Urbanus Kotschevar Vicarius occurrit.

ε) Antiquae originis. Anno 1286 Guilielmus de Lack plebanus ibidem legitur. Anno 1461 ab Imperatore Friderico III. mensae Episcopi Labacensis donata.

Locus beneficij.

		Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
S. Martini penes Litaj, (Šhmartno) P. ex P. S. Viti, in D. Litaj.		a. 1395 (α)	47
Masern, (Gerzharze) C. l. ex P. Reifniz, in D. Reifniz, partim Gottschee.		1767	71
Mauniz, (Uniz), C. l. ex P. Zirkniz et Planina, in D. Planina.		1785	79
Mautersdorf, (Matenja Vaf) C. et eccl. fil. P. Slavina, in D. Adelsberg.		1820	82
Mauzhizh, C. l. ex P. S. Martini penes Krainburg, in D. Krainburg.		1787	29
Metlink, (Metlika) P. in D. Metlink.		β)	62
S. Michaëlis, pen. Neostad. P. in D. Neostad.		a. 1323 (γ)	59
S. Michaëlis penes Seisenberg, C. l. ex P. Seisenberg, in D. Seisenberg.		1790	54
Michelstetten, (Velefovo) P. in D. Krainburg		a. 1238 (δ)	29
Mitterdorf Boh., (Šrednja Vaf) P. ex P. Radmnnsdorf, in D. Radmannsdorf.		a. 1571 (ε)	32
Mitterdorf in Gottschee, (Štara Zerkev) P. ex P. Gottschee, in D. Gottschee.		1788	66
Mons Sanctus, (Sveta Gora) C. l. ex P. Vazh, in D. Litaj.		1826	42

- α) Quo anno unacum Matrice a Bonifacio Papa IX. incorporata est Monasterio Sitticiensi, anno 1550 Thomas Steklina Vicarius ibidem.
- β) Antiquissimae originis. Anno 1228 parochia Zhernehl inde excisa a Bertholdo Patriarcha, Henrico plebano ibidem existente; circa annum 1310 ad ordinem Teutonicum devenit ex concessione Ottoboni Patriarchae.
- γ) Antiquae originis. Anno 1509 a Maximiliano I. Imp. capitulo collegiali Neostadiensi donata est.
- δ) Antiquae originis. Anno 1238 a Dominis de Stein Monasterio B. M. V. Monialium S. Dominici ibidem fundato donata, et a Bertholdo patriarcha confirmata; sublato monasterio anno 1782 ab ecclesia S. Margaritae ad ecclesiam B. M. V. translata.
- ε) Quo anno Joannes Plachuta Vicarius occurrit.

Locus beneficij.	Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
<i>Moraeuzh, (Morauzhe) P. in D. Egg penes Podpezh.</i>	a. 1298 (α)	39
<i>Morobiz, C. l. ex P. Rieg, in D. Gottschee.</i>	1792	68
<i>Möshnach, (Moshne) P. in D. Radmannsdorf.</i>	a. 1156 (β)	32
<i>Mösel, (Mosel) P. ex P. Gottschee, in D. Gottschee.</i>	a. 1509	67
<i>Mötnik, P. ex P. Fraslau in Styria, in D. Lithopol. partim Franz in Styria.</i>	1612 (γ)	38
<i>Münkendorf, (Mekine) C. l. ex P. Lithopol., in D. Lithopol.</i>	1787 (δ)	38
<i>Nadanjeselo, C. et eccl. fil. P. Kofhana, in D. Adelsberg.</i>	1810	84
<i>Naklas, (Naklo) P. in D. Krainburg.</i>	a. 1320 (ε)	28
<i>Neostadium, (Neustadt, Novo Mesto), P. ex P. Hönigstein, in D. Neostad.</i>	1494 (ζ)	58
<i>Neostadium, S. Leonardi, Ecclesia conventionalis P. P. Franciscanorum, in D. Neostad.</i>	1472	96

- α) Antiquae originis. Anno 1385 Udalricus Gutenuer plebanus occurrit.
- β) Antiquae originis. Anno 1156 ecclesia Udalrico e Comitibus e Treven Episcopo Tarvisino donata a Peregrino Patriarcha. Anno 1377 exstitit sub advocatia Friderici Ortenburgici, unde ad domum austriacam transiit. Gaisecker Posch plebanus ibidem anno 1399.
- γ) Haec parochia a Styria segregata et Carnioliae adjecta, anno 1833 a Dioecesi Lavantina cessa fuit Labacensi.
- δ) Monasterii Monialium ord. S. Clarae anno 1300 fundati a Dominis de Gallenberg et anno 1782 sublati loco erecta.
- ε) Antiquae originis. Anno 1320 Bernardus de Lohk plebanus ibidem legitur; anno 1377 erat sub advocatia Friderici Ortenburgici, inde ad domum Austriacam transiit, et anno 1461 ab Imp. Friderico III. capit. cathedrali Labac. donata est.
- ζ) Curatia ibidem jam antiquius exstitit; anno 1494 ab Imp. Friderico III. in ecclesiam collegiatam evecta et ab Alexandro Papa VI. confirmata, Jacobo ab Auersberg Praeposito constituto, tum ab Imp. Maximiliano 1509 dotata. Capitulum tempore Gallici interregni 17. Dec. 1810 suppressum, ab Imp. Francisco I. anno 1818 restitutum, et 25. Sept. 1831 noviter installatum.

Locus beneficij.

	ANNUS ERECTIO- NIS BENE- FICII.	PAGIN.
<i>Nesselthal, (Koprivnik) P. ex P. Gottschee, in D. Gottschee.</i>	a. 1400 (α)	66
<i>Neudek, (Mirna) V. ex P. Treffin., in D. Treffin. partim Nassenfuss.</i>	β 1620	53
<i>Neul, (Nevlje) P. ex P. Lithop. in D. Lithop.</i>	c. 1232 (γ)	38
<i>Neumarktl, (Neoforum, Tershizh) P. in D. Neumarktl.</i>	c. 1261 (δ)	27
<i>Neustift, eccl. fil. B. M. V. in V. Šoder- shiz, in D. Reifniz.</i>	1833	71
<i>Neuthal, (Šhpitalizh) V. ex P. Tuhein inf., in D. Lithopol.</i>	1762	38
<i>Niederdorf, (Dolenja Vaf) P. ex P. Reif- niz, in D. Reifniz.</i>	1787 (ε)	70
<i>Nusdorf, (Orehik) C. et eccl. fil. P. Hrenoviz, in D. Adelsberg.</i>	1791	82
<i>Öberfeld, (Verhpolje) C. et eccl. fil. P. Moraeuzh, in D. Egg penes Podpezh.</i>	1780	43
<i>Oberfeld, (Verhpolje) C. ex P. Vippac. in D. Vippac.</i>	1770	86
<i>Obergörjach, (Gorje) P. ex P. Radmanns- dorf, in D. Radmannsdorf.</i>	a. 1323 (ζ)	31

 α) Antiquae originis. β) Anno 1617 qua ecclesia vicaria Parochiae Treffiniensis Monasterio Sitticiensi donatus. γ) Anno 1232 jam qua Vicariatus exstitisse fertur, qui anno 1783 in parochiam evectus est. δ) Quo anno oppidum cum ecclesia Monasterio Sitticiensi donatum est ab Udalrico III. Carinthiae duce, ast anno 1399 a Gulielmo Archiduce vice parochiae Döbernik permutatum. Casparus Raubsakh plebanus ibidem anno 1498. ε) Anno 1830 e Capellania locali Parochia facta. ζ) Anno 1377 sub advocatia Friderici Ortenburgici fuisse legitur, Joannes plebanus anno 1465.

Locus beneficij.	Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
<i>Obergurk, (Kerka) P. ex P. S. Viti, in D. Sittic. partim Seisenberg.</i>	a. 1274(α)	45
<i>Oberskrill, C. et eccl. fil. P. Mösel, in D. Gottschee.</i>	1840	69
<i>Oblak, (Bloke) P. ex P. Laas, in D. Laas.</i>	a. 1393(β)	78
<i>Olfherk, Ben. cur. et eccl. fil. S. Michaëlis in P. S. Georgii in campis, in D. Krainburg.</i>	1799	27
<i>Oſvniz, P. ex P. Gottschee, in D. Gottschee.</i>	a. 1509	67
<i>Oſliz nor., (Nova Oſelza) V. ex P. Kirchheim Dioec. Gorit., in D. Locopol.</i>	1764	24
<i>Oſliz vet., (Štara Oſelza) V. ex P. Poland, in D. Locopol.</i>	1753	24
<i>S. Oswaldi, C. l. ex P. Kraxen, in D. Egg penes Podpezh.</i>	1787	43
<i>Orfishe, V. ex P. S. Mart. p. Krainburg, in D. Radmannsdorf.</i>	1731	34
<i>S. Petri penes Weinhof, V. ex P. Weifskirchen, in D. Neostad.</i>	1452(γ)	61
<i>S. Petri, C. et eccl. fil. P. Slavina, in D. Adelsberg.</i>	1807	81
<i>Pezh, (Pezhe) V. ex P. Moraeužh, in D. Egg penes Podpezh.</i>	1771	42
<i>Planina, C. ex P. Vippaci, in D. Vippac.</i>	1738	86
<i>Planina, P. ex P. Zirkniz, in D. Planina.</i>	a. 1631(δ)	78
<i>Planina supra Afsling, C. l. ex P. Afsling, in D. Kronau.</i>	1844	35
<i>Podkraj, C. ex P. Vippac. in D. Vippac.</i>	1750	86

α) Quo anno Joannes Vicarius ibidem exstitit. Anno 1395 unacum Matrice Monasterio Sitticiensi incorporata a Bonifacio Papa IX.

β) Quo anno Georgius Werneker ibidem plebanus exstitit.

γ) Fundatus a Nicolao Ruefsbacher, a. 1620 bonis auctus a Jacobo Abbe Sitticiensi.

δ) Anno 1848 ex Vicariatu par. Parochia facta.

Locus beneficij.

	Annus erectio- nis bene- ficij.	Pagin.
--	--	--------

<i>Podlipo</i> , C. l. ex P. Hyperlab., in D. Hyperlab.	1790	75
<i>Podraga</i> , Benef. cur. et eccl. fil. Ss. Hermagorae et Fortunati in V. S. Viti, in D. Vippac.	1758	85
<i>Podseml</i> , P. ex P. Zherneml, in D. Metlink, partim Zherneml.	a. 1337 α)	64
<i>Pöland</i> , (Poljane) in Carn. sup. P. ex P. Locopol. vet., in D. Locopol.	a. 1417 (β	23
<i>Pöland</i> , in Carn. inf., vide Altenmarkt.	—	63
<i>Pölandl</i> , (Poljanza) C. l. ex P. Zhermofhniz, in D. Neostad.	1792	62
<i>Poliz</i> , C. l. ex P. Samaria et Weixelb. in D. Sittic. partim Labac. extra muros.	1787	46
<i>Postenje</i> , C. et eccl. fil. P. Dorneg, in D. Feistriz.	1797	84
<i>Predafel</i> , P. ex P. Höflein, in D. Krainburg.	1787	28
<i>Preloka</i> , C. l. ex P. Veiniz, in D. Zherneml.	1787	65
<i>Prem</i> , V. ex P. Dorneg (Ternova), in D. Feistr.	a. 1668	83
<i>Preser</i> , (Preferje) P. ex P. Zirkniz, in D. Hyperlabac.	1632	73
<i>Preshgain</i> , V. ex P. S. Martini penes Litaj, in D. Litaj.	a. 1590 (γ	49
<i>Preska</i> , P. ex. P. Zeyer et S. Viti, in D. Labac. extra muros.	1786	20
<i>Prewald</i> , (Rasderto) C. et eccl. fil. P. Hrenoviz, in D. Šenoshizh.	1763	82
<i>Prezhna</i> , V. ex P. Neostadien., in D. Neostad.	1716 (δ	61
<i>Primskau</i> , (Primskovo) eccl. fil. P. Krainb.	—	—
<i>Primskau</i> , (Primskovo) V. ex P. S. Viti pen. Sittic. et Treffin., in D. Litaj.	1753	49

α) Eodem tempore unacum Matrice ordini Teutonico incorporata.

β) Erhardus Sigersdorfer plebanus ibidem anno 1564.

γ) Quo tempore Paulus Gollatsch Vicarius occurrit.

δ) Vicariatus ab ecclesia in Strasha ad ecclesiam in Prezhna anno 1767 translatus.

Locus beneficii.

		Anus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
Rabensberg, (Vranja Pezh) C. l. ex P. Lithopol. et Tuhein. inf., in D. Lithopol.		1788	39
Radmannsdorf, (Radoljza) P. in D. Rad- mannsdorf.	(α)	31	
Radomlje, eccl. fil. S. Margaritae in P. Lithopol., in D. Lithopol.		—	36
Radoviza, C. l. ex P. Metlink, in D. Metlink.		1854	65
Rakitna, V. ex P. Prefer, in D. Hyperlabac.		1766	74
Rau, (Rova) C. l. ex P. Lithopol., in D. Egg penes Podpezh.		1798	39
Razhach, (Ratezhe) P. ex P. Tüffer in Styria, in D. Weixelstein. (Novi Dvor).	a.	1429	(β) 48
Razhach, (Ratezhe) C. l. ex P. Kronau, in D. Kronau.		1785	35
Reifen, (Ribno) eccl. fil. P. Veldes, in D. Radmannsdorf.		1836	(γ) 32
Reifniz, (Ribniza) P. in D. Reifniz.	a.	1363	(δ) 69
Retezhe, C. l. ex P. Locopol. in D. Lo- copol. partim Labac. extra muros.		1848	25

α) Antiquissimae originis. Jam anno 1323 sub Pagano Patriarcha in Catalogo parochiarum Carnioliae legitur, et anno 1367 Herbicus plebanus invenitur; anno 1377 ex concessione Marquardi Patriarchae exstitit sub advocatio Friderici Ortenburgici, quo defuncto anno 1421 ad Comites Celejenses, et anno 1456 ad Fridericum III. Imp. transiit, a quo anno 1461 Praepositurae capituli cath. Labac. donata est, parocho Jacobo Gamnizer in Praepos. evecto.

β) Anno 1574 Daniel Slaede Vicarius ibidem occurrit.

γ) Sublata anno 1809 Capellania locali ibidem existente, ab anno 1836 gaudet curato prov.

δ) Antiquissimae originis. Anno 1383 Nicolaus Plebanus et Archidiaconus ibidem legitur. Patronatus ejusdem antiquitus ex concessione Patriarchae Aquilejensis ad Comites Ortenburgicos pertinebat, quibus demortuis anno 1421 ad Comites Celejenses et anno 1456 ad Imp. Fridericum III. transiit. Anno 1510 Leonardus Wurfel plebanus et Archidiaconus ibidem.

Locus beneficii.

	Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
<i>Rieg, (Reka) P. ex P. Gottschee, in D. Gottschee.</i>	a. 1407 (α) 67	
<i>Rob, C. l. ex P. S. Cant. penes Auersberg, in D. Grofs-Lashizh.</i>	1789 71	
<i>Rudnik, C. l. ex P. S. Petri Labac. in D. Labac. extra muros.</i>	1787 21	
<i>S. Ruperti, P. in D. Nassenfuss.</i>	a. 1323 (β) 50	
<i>Safniz, C. et eccl. fil. P. Locopol. vet., in D. Locopol.</i>	1840 25	
<i>Sagor, (Sagorje) P. ex P. Mannsburg, in D. Litaj.</i>	a. 1584 (γ) 40	
<i>Sagraz, (Sagradijz) C. l. ex P. Obergurk, in D. Seisenberg, partim Sittic.</i>	1788 46	
<i>Sagurje, V. ex P. Kofhana, in D. Feistriz.</i>	a. 1760 84	
<i>Sairach, (Shir) P. ex P. Locopol. vet., in D. Idria.</i>	a. 1500 75	
<i>Salilog, P. ex P. Selzach, in D. Locopol.</i>	1762 23	
<i>Salog, ecclesia fil. S. Mathiae Ap. P. Zirklach, in D. Lithopol.</i>	— 26	
<i>Saplana, C. l. ex P. Hyperlabac. in D. Hyperlabac.</i>	1787 74	

- α) Quo anno J. Zeng plebanus invenitur. Anno 1654 in Rieg Vitus Mathias Rumor, parochus caesareus occurrit et anno 1666 per clementissimam cessionem caesaream translatum est jus praesentandi parochum Principi ab Auersperg ejusque haeredibus. Parochialis domus cum omnibus libris scriptis et annotationibus totalliter in cineres redacta fuit die 24. Aug. 1693, existente tunc Parochio Joanne Grabnar, qui ad hanc parochiam pervenit anno 1675.
- β) Antiquissimae originis. Patronatus ejusdem a. 1393 a Joanne Patriarcha concessus est Hermanno Comiti Celejensi, a quo ad Fridericum III. Imp. transiit. Anno 1474 Jacobus Auerberger plebanus legitur. Anno 1509 ab Imp. Maximiliano I. Capitulo coll. Neostad. donata et a Leone Papa X. incorporata anno 1516. Ecclesia gothico stylo extracta est anno 1497.
- γ) Quo anno Valentinus Jovan Vicarius occurrit.

Locus beneficii.

	Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
Savenstein, (Boshtanj) P. ex P. S. Ru- pert, in D. Weixelstein.	a. 1509 (α) 56	
Sauraz, C. l. ex P. Sairsch, in D. Idria.	1788 76	
Seebach, (Sapoge) C. l. ex P. Commenda S. Petri, in D. Krainburg.	c. 1781 30	
Seisenberg, (Shushimberg) P. ex P. Dö- bernik, in D. Seisenberg.	a. 1400 (β) 51	
Shalna, C. l. ex P. Samaria, in D. Sittic. partim Lab. extra muros.	1787 46	
Shelimle, C. l. ex P. Ig, in D. Lab. extra muros.	1787 47	
Shilzhe, (Svet Vid) V. ex P. Oblak, in D. Laas.	1754 79	
Shivze, C. l. ex P. Oblak, in D. Laas.	1808 79	
Samaria, (St. Marein, Shmaria) P. in D. Labac. extra muros.	a. 1323 (γ) 43	
Sava, P. ex P. Vazh, in D. Litaj.	1809 41	
Semizh, P. ex P. Zherneml, in D. Met- link, partim Zherneml.	a. 1337 (δ) 62	
Senoshizh, (Senoshezhe) P. in D. Senoshizh.	a. 1395 (ε) 81	
Sela, C. l. ex P. Tuhein inf. et Neul, in D. Lithopol.	1793 39	
Selo prope Schönberg, C. l. ex P. Dö- bernik, in D. Treffin.	1788 54	

α) Quo anno qua Vicariatus jam exstitit.

β) Unacum matrice anno 1400 a Bonifacio Papa IX. monasterio Sitti-
ciensi incorporata.

γ) Antiquitus a loco, Harlandt (Lanifhe) nuncupata. Anno 1382 Ja-
cobus Sternol plebanus invenitur. Anno 1497 a Nicolao Patri-
archa monasterio Sitticiensi incorporata et a Leone Papa X. a.
1516 confirmata.

δ) Quo tempore jam unacum matrice Ordini teutonico incorporata
legitur. Nicolaus Tuskanitsch plebanus ibidem anno 1570.

ε) Antiquae originis. Anno 1446 a Nicolao II. Episcopo Tergestino
Capitulo cathedrali incorporata, anno 1492 ad Imp. Fridericum
III. transiit.

Locus beneficii.

	Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
<i>Selzach, (Selza) P. ex P. Locopol. vet., in D. Locopol.</i>	a. 1476(α)	23
<i>Sitticum, (Shtizhina, Sittich,) P. ex P. S. Viti, in D. Sittic.</i>	1784(β)	45
<i>Skaruzhna, eccl. fil. P. Vodiz.</i>	—	37
<i>Slap, C. ex P. Vippac., in D. Vippac.</i>	1771	86
<i>Slavina, P. in D. Adelsberg.</i>	(γ	81
<i>Soderhiz, V. ex P. Reifniz, in D. Reifniz.</i>	1753	71
<i>Sostru, V. ex P. Samaria, in D. Labac. extra muros.</i>	1753	21
<i>Stangenwald, (Shtanga) C. l. ex P. S. Martini prope Litaj, in D. Litaj.</i>	1788	49
<i>Steinbüchel, (Kamna Goriza) V. ex P. Radmannsdorf, in D. Radmannsdorf.</i>	1751	34
<i>Stockendorf, (Planina) C. l. ex P. Zher- mofhniz, in D. Zherneml.</i>	1791	65
<i>Stopizh, P. ex P. S. Michaëlis penes Neo- stadium, in D. Neostad.</i>	1715	59
<i>Streine, C. l. ex P. Lithopol., in D. Lithopol.</i>	1792	38
<i>Strug, (Struga) V. ex P. Gutenfeld, in D. Reifniz.</i>	1771	71
<i>Sturja, C. ex P. Vippac., in D. Vippac.</i>	1642	85
<i>Suchen, (Draga) P. ex P. Ofilniz, in D. Gottschee.</i>	1799(δ)	67
<i>Suhor inf., P. ex P. Metlink, in D. Metlink.</i>	1855	64
<i>Suhorje, C. et eccl. fil. P. Kofhana, in D. Adelsberg.</i>	1794	84

α) Antiquae originis. Anno 1476 Georgius Kitzbichel plebanus ibidem.

β) Monasterii Ord. Cistere. anno 1135 a Peregrino patriarcha fundati et anno 1784 sublati loco erecta.

γ) Antiquissima in regione Piukana; anno 1406 a Joanne VII. Episcopo Tergestino donata Archidiacono Nicolao d' Antonio ejusque successoribus.

δ) Cap. loc. Obergrafs a. 1834 in locum Suchen translata et Par. facta.

Locus beneficii.	Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
Scharfenberg, (Sviben) P. in D. Weixelstein.	a. 1282(α)	48
Schenkenthurn, eccl. fil. P. Vodiz.	—	37
Schwarzenberg, (Zherni Verh) C. l. ex P. Billichgraz, in D. Hyperlabac.	1789	74
Schwarzenberg, (Zherni Verh) C. ex P. Vippac., in D. Idria.	1635	77
Schweinberg, (Verh) V. ex P. Altenmarkt penes Pöland, in D. Zherneml.	1625	64
Tainiz, (Tunize) C. l. ex P. Commenda et Lithopol., in D. Lithopol.	1831	39
Terboje, C. et eccl. fil. P. Flednik, in D. Krainburg.	1787(β)	30
Ternova, (Dorneg,) P. in D. Feistriz.	a. 1371(γ)	82
Terstenik, C. l. ex P. Höflein, in D. Krainburg.	1787	29
Tirnau, (Ternovo) P. in Suburbio Labac. ex P. S. Nicolai, in D. Labac. intra muros.	1785(δ)	17
Tomishel, Ben. cur. et eccl. fil. Ss. Nominis B. M. V. in P. Ig, in D. Labac. extra muros.	1773	44
Töpliz, (Toplize) P. ex P. S. Michaëlis penes Neostad., in D. Neostad.	1530(ε)	60
Trata, P. ex P. Pöland, in D. Locopol.	1788	23
Trauerberg, (Shalostna Gora) Benef. cur. et eccl. fil. B. M. V. Dolor. P. Prefer, in D. Hyperlabac.	1752	73

α) Antiquae originis. Anno 1282 Bertholdus plebanus invenitur; anno 1461 ab Imp. Friderico III. Capitulo cathedrali Labac. donata.

β) Anno 1809 suppressa, anno 1841 restituta.

γ) Antiquae originis. Anno 1318 Nicolaus Maniutta plebanus occurrit; anno 1446 a Nicolao II. Episcopo Tergestino capitulo cathedr. donata, anno 1492 ad Imp. Fridericum III. transiit.

δ) Ecclesia ibidem jam anno 1730 exstitit, beneficium vero anno 1768. Nova ecclesia stylo byzantino exstructa anno 1855.

ε) Anno 1530 J. Kollmann Vicarius ibidem institutus est.

Locus beneficij.

	Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
Tressinium, (Trebno, Treffen,) P. in D. Treffin.	a. 1300(α)	50
Ss. Trinitatis, V. ex P. S. Ruperti, in D. Nafsenfuss.	1752	53
Ss. Trinitatis, C. l. ex P. Oblak, vide Shivze.	—	79
Tuhein inf., (Şhmartno) P. ex P. Lithopol., in D. Lithopol.	a. 1584	37
Tuhein sup., (Tuhin) P. ex P. Lithopol., in D. Lithopol.	a. 1689	37
Ubelsko, C. et eccl. fil. P. Hrenoviz, in D. Senoshizh.	1765	82
S. Udalrici in monte, (Ulrichsberg,) C. l. ex P. Zirkach, in D. Krainburg.	1787	30
Unterdeutschau, (Nemfhka Loka) C. l. ex P. Altenmarkt penes Pöland, in D. Gottschee, partim Zherneml.	1828(β)	68
Unterfernrik, (Spodnji Bernik) eccl. fil. Ss. Simonis et Judae in P. Zirkach, in D. Krainburg.	—	26
Unteridria, P. Vide Idria infer.	—	76
Unterlag, (Dolenji Log) C. l. ex P. Altenmarkt penes Pöland, in D. Gottschee, partim Zherneml.	1798	68
Unterwarmberg, (Topla Reber) C. l. ex P. Alttag, in D. Seisenberg.	1828	68
Uflja, C. ex P. S. Crucis Archi-Dioec. Gorit., in D. Vippac.	1765	87
Vazh, (Vazhe) P. ex P. Mannsb., in D. Litaj.	a. 1430(γ)	40

α) Antiquae originis. Anno 1393 Georgius Gall plebanus ibidem extitit; anno 1617 ab Imp. Ferdinando II. monasterio Sitticiensi donata et ab Alexandro Papa VII. incorporata est.

β) Primum Expositura, anno autem 1854 ad Capellaniam localem evecta.

γ) Quo anno jam extitit qua Vicariatus.

Locus beneficii.

	Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
<i>Veiniz, (Viniza) P. ex P. Zherneml, in D. Zherneml.</i>	a. 1338(α)	63
<i>Veldes, (Grad) P. ex P. Radmannsdorf, in D. Radmannsdorf.</i>	1514(β)	32
<i>Verh, C. l. ex P. Sairach, in D. Idria.</i>	1788	76
<i>Vigaun, (Begne) P. ex P. Radmannsdorf, in D. Radmannsdorf.</i>	1783(γ)	33
<i>Vigaun, C. et eccl. fil. P. Zirkniz, in D. Planina.</i>	1847	80
<i>Vippacum, (Wippach, Ipava) P. in D. Vippac.</i>	a. 1275(δ)	84
<i>S. Viti penes Labac., P. in D. Labac. extra muros.</i>	1085 (ε)	19
<i>S. Viti penes Sittic., P. in D. Sittic.</i>	ζ)	44
<i>S. Viti, V. ex P. Vippac. in D. Vippac.</i>	1537	85
<i>S. Viti penes Podpezh, Benef. cur. et eccl. fil. P. Egg, in D. Egg. pen. Podpezh.</i>	1823	37
<i>S. Viti penes Shilze, V. Vide Shilze.</i>	—	79

- α) Quo tempore jam unacum matrice ordini teutonico incorporata erat, Fridericus Semenitsch plebanus ibidem anno 1424.
- β) Anno 1538 Bartholomaeus Singer plebanus occurrit.
- γ) Anno 1787 ex Vicariatu Parochia facta.
- δ) Antiquissimae originis. Anno 1345 ecclesia parochialis S. Stephani aedificata est loco ecclesiae S. Marci perexiguae. Anno 1383 Nicolaus de Laas plebanus ibidem invenitur. Anno 1468 ab Imp. Friderico III. Praepositurae Strafsburgensi in Carinthia donata et a Paulo II. Papa confirmata est.
- ε) Antiquissimis parochiis adnumeranda. Anno 1262 Henricus plebanus ibidem legitur; anno 1355 a Nicolao Patriarcha donata est Alberto Archiduci et ab Imperatore Friderico III. anno 1461 Capitulo cath. Labac. tradita.
- ζ) Antiquissimae originis. Ab anno 1132 per triennium Religiosi Cistercienses ibidem habitabant, donec Monasterium Sitticiense exstructum fuerit. Anno 1145 a Peregrino Patriarcha eidem Monasterio donata et a Bonifacio Papa IX. anno 1395 incorporata. Conradus plebanus ibidem anno 1250.

Locus beneficij.

		Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
Vodiz, (Vodize) P. in D. Lithopol.	a. 1256 (α)	36	
Vogle, Benef. cur. et eccl. fil. Ss. Simoni et Judae in P. S. Georgii in campis, in D. Krainburg.	1815	27	
Vojško, C. l. ex P. Idria inf., in D. Idria.	1732 (β)	76	
Vrabzhe, C. ex P. Vippac., in D. Vippac.	1740	86	
Vrem, (Vreme) P. in D. Senoshizh.	a. 1684	81	
Waltendorf, (Bavta Vaf) V. ex P. S. Michaël. penes Neostad., in D. Neostad.	a. 1660	61	
Weiniz, vide Veiniz.	—	63	
Weissenfels, (Bela skala) P. ex P. Kronau, in D. Kronau.	a. 1439 (γ)	33	
Weisskirchen, (Bela Zerkev) P. in D. Neost.	a. 1323 (δ)	60	
Weixelburg, (Vishnja Gora) P. ex P. S. Viti et P. Samaria, in D. Sittic.	a. 1395 (ε)	45	
Werth, C. et eccl. B. M. V. in Insula ad Veldes.	a. 1238	32	
Wocheiner - Velach, (Bohinska Bela) C. l. ex P. Veldes, in D. Radmannsdorf.	1789	35	
Zarz, (Šoriza) V. ex P. Selzach, in D. Locop.	c. 1656	24	

α) Antiquissimae originis. Anno 1262 Hermannus plebanus ibidem legitur. Anno 1393 Patronatus ejusdem a Joanne Patriarcha concessus est Hermanno Comiti Celejensi, unde ad Fridericum III. Imp. transiit, a quo parochia Capitulo cath. Labac. donata est anno 1461.

β) Anno 1807 ex Expositura facta est Capellania localis.

γ) Beneficium ibidem erectum est ab Hermanno, Comite Celejensi; Vicariatus jam ante annum 1571 existens, anno 1820 in parochiam evectus.

δ) Antiquissimae originis. Anno 1320 Tiberius plebanus ibidem legitur, postea Episcopus Tertonensis electus. Parochia anno 1454 a Ludovico III. Cardinali Patriarcha Monasterio Sitticiensi incorporata est et a Nicolao Papa V. confirmata.

ε) Eodem anno unacum Matrice a Bonifacio Papa IX. monasterio Sitticiensi incorporata.


Locus beneficii.


	Annus erectio- nis bene- ficii.	Pagin.
Zeyer, (Şora) P. in D. Labac. extra muros.	α)	20
Zhatesh, P. in D. Landstrass.	a. 1323 (β	57
Zhatesh, C. l. ex V. S. Crucis penes Thurn, in D. Treffin.	1785	54
Zhemshenik, P. ex P. Mannsburg, in D. Egg penes Podpezh, partim Litaj, part. Franz in Styria.	a. 1660	40
Zhermoshniz, (Zhermoshnize) P. ex P. Gottschee, in D. Neostad.	a. 1509	60
Zherneml, P. ex P. Metlink, in D. Zherneml.	1228 (γ	63
Zhernuzh, (Zhernuzhe) V. ex P. Mannsburg, in D. Labac. extra muros.	1764	21
Zhudenberg, vide S. Magdalena in monte.	—	77
Zirkach, (Zerkanje) P. in D. Krainburg, partim Lithopol.	a. 1156 (δ	26
Zirkle, V. ex P. Haselbach, in D. Gurkfeld.	a. 1689	57
Zirkniz, (Zirkniza) P. in D. Planina.	a. 1261 (ε	77
Zol, (Podvelb) C. ex P. Vippac., in D. Vippac.	1759	86

- α) Antiquae originis. Anno 1342 a Bertrando Patriarcha Monasterio Vietoriensi ord. Cistere. in Carinthia subjecta, ab anno 1631 vero monasterio Sitticiensi quoad temporalia incorporata, postei-rius a Joanne Jacobo Schilling Canonico Labacensi acquisita, et quoad jus praesentandi Episcopo Labacensi cessa.
- β) Antiquae originis. Anno 1409 Monasterio Landstrassiensi incorporata a Bonifacio Papa IX.
- γ) Anno ipso erecta a Bertholdo Patriarcha, Joanne plebano constituto. Anno 1268 ab Udalrico III. Carinthiae Duce Ordini Teutonico donata, et per Petrum Patriarcham anno 1300 incorporata.
- δ) Antiquissimae originis. Anno 1156 Richerus plebanus in seriptis legitur. Circa annum 1238 Monasterio in Michelstetten incorporata per Bertholdum Patriarcham.
- ε) Antiquissimae originis. Anno 1261 Lupoldus plebanus occurrit. Circa annum 1360 a Ludovico I. patriarcha monasterio in Freudenthal donata et anno 1395 a Bonifacio Papa IX. incorporata. Ecclesia gothico stylo post annum 1472 erecta.

Parochiæ et Capellaniæ in hoc Catalogo sub Decanatu *Adelsbergensi* Nr. XVIII. pag. 80—82. et *Feistrizensi* Nr. XIX. pag. 82—84. descriptæ unacum Parochia Kaltenfeld pag. 79. a Dioecesi Tergestina, aliae vero sub Decanatu *Vippacensi* Nr. XX. pag. 84—87. comprehensæ unacum Capellania in **Schwarzemberg (Zherni Verh)** pag. 77. a Dioecesi Gradiscana sive Goritiensi per Bullam summi Pontificis Pii Papæ VIII. „In supereminenti apostolicæ dignitatis specula“ anno 1830 sexto Kalendas Augosti segregatæ et Dioecesi Labacensi adjectæ fuerunt.







NARODNA IN UNIVERZITETNA KNJIŽNICA

č 56

6 758 1859



030028944

COBISS SLO

LABACI.

LITERIS JOSEPHI BLASNIK.
